

JACOBI BORNITI *Antho. Dam*

J. U. D. nati, *opus vero cum Expectatione permissum =*

DE

NUMMIS

In Repub. percutiendis

& conservandis

LIBRI DUO.

Ex Systemate politico deprompti.

*Libri sequuntur expurgationem
del año del 1707.*

A. Luis Muñoz




HANOVIAE,

Typis Wecheliani, apud Claudium Marnium

& heredes Ioannis Aubrii.

MDCVIII.



D. RUDOLPHO II.

ROMANORUM IMPERATORI PERP. AUG.

REGIQ.

HUNGARIÆ, BOHEMIÆ &c.

PATRI PATRIÆ,

Nec non

SEPTEMVIRIS ET

ELECTORIBVS

S. R. IMP. COL.

COETERISQ. PRINCIPIBUS

ECCLESIAST. ET POLITIC.

Tum

CIVITATIBUS

QUI QVÆQ. JURE MONETALI GAUDENT.

HÆC DE NUMMIS MEDITAMENTA

PUBLICIS ET INSIGNIBUS

MAJESTATIS, PRINCIPATUUM, ET REGA-

LIIUM SIGNIS ET MONUMENTIS,

IN SYMBOLUM ET TESSERAM

HUMILLIMI OBSEQUII, SER-

VITII, ET ADFECTVS

D. D. D.

AUTOR.

LIBER PRIMUS.
DE CONSTITUTIONE NUM-
MORVM IN REP.

De notatione & Synonymis Numi.

CAPUT I.



Es in Rep. necessaria, civilis, Nummus *ἄπο τῆς νό-
μου*. i. e. à lege. Aliàs Pecunia & Moneta, nec non
modificatè Æs, Argentum, Aurum dicitur.

SI quis beatitudinem civilem bonorū fruitione constan-
tem accuratè perpenderit, partibus eam & gradibus vel-
ut quibusdam, quæ vel animum, vel corpus, vel fortunam
hominis spectant, absolvi animadvertet. Indubium enim
est, multiplicium rerum sufficientiâ & abundantia ad vitam politicam opus esse.
Putaque ad victum, amictum, domum, instrumenta &c. necessaria. Quæ bona
Naturalia appellamus. Quippe quæ à naturâ ad naturam tentant, sine quibus
homo nec vivere, ne dum civiliter vivere possit. Quæ quanquam ratione dignita-
tis & præstantiæ cæteris bonis, imprimis quæ animum beant, longè cedant: attamen
necessitatis intuitu primum gradum sibi vindicare videntur, quibus homi-
nes in civili cætu primum vivere & sese sustentare possint, deinde civiliter vivere:
Adeo ut Politicus primum de earum rerū cura & copiâ sollicitus esse debeat, post-
modum ad alia progredi. Quæ cum societatis civilis commercio non suffi-
ciant, aliud quippiam Legis beneficio & dispositione Politicâ adinveniendum
fuit, quod rerum naturalium vices æquabili commensuratione subiret, quod re-
spectu rerum naturalium *Res civilis* vel *Legitima* dici potest, propterea quod à
civili vel legitimâ ordinatione formâ (quippe quod *ὑποδύσει* tantum constet, quan-
quam materies à natura) accipiat, & usui civili inferuiat. Nec enim per se nummus
succurrit indigentia humanæ (Midas enim Ovid. in *Metamor.* lib. 11. abundans
auro fame periisset) Nam

Copia nulla famem relevat. siccis arida guttur

Vrit, & invisio meritis torquetur ab auro.

Sed veluti instrumentum quoddam, quo naturalia facillè & commodè parantur
& permutantur. Idcirco suo & conveniente nomine (Nomina enim rebus con-
venite debent, ut Justinian ait) *Nummus ἄπο τῆς νόμου* id est a lege seu νόμου, (quod à

